

1393. 1794, 3.
**PROCANCELLARIUS
HENRICVS GOTTFRIDVS BAVER**

HEREDITAR. IN STOETTERIT.

SERENISS. SAX. ELECTOR. A CONSILL. PROVOCATT.
ET ORDINARIUS RELL.

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
CLARISSIMO CANDIDATO
**CAROLO FRIDERICO MAVRITIO
KLEEPIO**

STOERMTHAL. MISN.

D. XXIII. DECEMBER. A. C. MDCCXCIV

IN

AUDITORIO IVRISCONSULTORVM
TRIBVENDOS
INDICIT

INSVNT

Responfor. Iur. XL. XLI. XLII ac XLIII.

LIBRARY OF
HENRICK GOTTLIEB VAN

THEATRUM INNOTESCENS
SOCIUS INGENII ET CULTUS A COOPERATIONE
ET CONVERSATIONE THER

SUMMUS IN LIBRARY HONOR
COPRISIMO DIVINORUM

CAROLUS FREDERICUS MARINUS
KIRCHHOFF

ADDITIONAL LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF GENEVA
TERRA NOVA
CIVITATIS

LIBRARY
OF THE UNIVERSITY OF GENEVA

B. C. D.

RESPONS. XL.


Animus occidendi indirectus animum laedendi directum supponit.

Illustris, summisque difficultatibus inuoluta profecto est contiouersia, homicidium, quibus argumentis euincatur, animo, quem interpretes vocant, indirecto commissum esse. Duuumiri quidem, quos propter vim in iudicando ac dexteritatem magni facio, quorumque adeo auctoritatem lubenter sequi soleo, LEYSERVUS in Spec. DCIII. Medit. VII. sq. et Ioh. SAM. FRID. de BOEHMER ad C. C. C. Art. CXXXVII. §. 6. sq. modo animus iniuriam alteri armis per se lethiferis faciendi adsit, homicidium consecutum animo indirecto commissum arguant, illudque capitibus poenam comitari volunt. Quam sententiam LEYSERVUS exemplo militis illustrat, quem, quam pueram, stricto gladio, eius vestimenta scindere gestiens, vi quadam aliena sibi proximius obiectam quam interemisset, capite plectendum esse, ICti Vitebergenses censuerunt.

Evidem, vt huic sententiae subscribam, a me impetrare non possum. Delicti natura §. 7. in fin. I. d. Obligatt. quae ex

A 2

det.



del. nasc. per se docet, sine affectu delinquendi non delinqui. Hoc est, poenam delicto in lege constitutam cessare, si, commisso eiusmodi factō, committendi animus deficiat. Idemque art. 137. C. C. C. verbo *vorſätzlich* in homicidio confirmat. Ob eamque rem videri possit, insecuto homicidio, quod propositum vulnerandi, non necandi, antecesserit, poenam gladii locum habere non posse, si rapienda quidem, in poenis praesertim infligendis, est occasio, quae benignius responsum praebet. Quo assumto, animus, quem Icti indirectum appellant, ad inferendam mortis poenam nunquam sufficeret. *Iomni ardoribus suis agmina credulorum*

Quod quanquam propter periculi magnitudinem inde consecuturam et simul propterea propugnare nolo, quod corporis aggressor; dum fecit, ac scire debuit, vulnera ad mensuram dari non posse, in mortis perpetuationem consensisse existimandus est, si forte per vulneris illationem mortem alteri conciuerit. Ob eamque rem si quis sclopeto, ense, vel fuste alias generis instrumentis per se lethiferis, quum vulnerare vel gravem inferre corpori laesionem vellet, alterum intermit, ultimo occisoris suppicio scelus ejusmodi expiandum esse lubens largior. Perpetravit enim facinus ex proposito, ex quo mentis compos mortem esse consecutram praeuidere debuit, adeoque dolosus est.

Sin vero ex cuiusuis iniuriae alteri facienda meditatio ne eiusdemque ab illa corporis laesione alienae, cuiusmodi est illa uestitus scissio a LEYSERO proposita, animum interi mendi

mendi indirectum colligimus, vereor, ne ipsa lege duriores appareamus. Etenim, si quid video, quemadmodum animus directus est eius, qui necare voluit, indirectus soli ei imputari patitur, qui tale quid facere voluit, quod sua natura mortem contrahere potest. Videlicet vulnus, vel aliam eandemque periculi plenam corporis laesionem, ad quam pertinere puto verba, *und hat ihm kein Uebels gewollt*, Num. Cap. 35. v. 23. Ex aliis vero generis iniuria, vulnerandi et ex hoc interficiendi consilium colligere, tacente lege, ex mea sententia non licet.

Offerebatur nobis his ipsis diebus eiusmodi exemplum. Scilicet alter alterum saccum frumento repletum asportantem e tergo sclopeto petierat, ut palam stanni infarctam sacco immitteret, quo oneratus frumenti amissione vexaretur simulque terrore impleretur. Quum vero pala ista infra saccum illae- sum corpus in eoque arteriam perfodisset, vulnus breui tempore post exanimati artis periti per se lethale cognouerant, Icti Vittebergenses reum capite truncandum esse iudicauerant. Actis judicialibus post iteratam defensionem a Senatu Kemberg, ad nos translati, quoniam reus facinus ipsum sponte confessus in ea esse opinione, se mortis poenam effugere non posse, videbatur, istique defensioni constantissime inhaerebat, se saccum, non hominem petuisse, de hoc terendo ac vexando, non vulnerando nedum occidendo, cogitasse, mentemque suam non subiisse, contingere posse, ut hominem, non saccum, perfodiat, existimauimus, crassif-

simam quidem occisi culpm, dolum vero animumque
interficiendi indirectum imputari non omnino posse, ob
eamque causam in capitalis poenae locum poenam ergastuli
quadriennalem, eaque finita detentionem in eodem tamdiu
duraturam surrogauimus, quamdiu veram esse, quam pro-
fessus fuerit, defensionem, non probauerit. His verbis:

Hat I. F. B. in seiner anderweit übergebenen Schutzschrift so
viel, daß er mit der fol. 106. ihm zuerkannten Todes-Strafe noch
zur Zeit nicht zu belegen sey, ausgeführt, sondern es ist derselbe
in ein Zuchthaus zu bringen und darinne vier Jahre lang zur Arbeit
anzuhalten, so wohl nach Ablauf nurgedachter Zeit annoch so lange
dasselbst, bis er seinen Vorwand, daß er den entlebten W. nicht tott-
schießen oder verwunden, sondern ihm nur einen Schabernack thun,
auf den Sack, daß das Korn herauslauffen solle, schießen, und ihn
erschrecken wollen, erwiesen, zu leidlicher Arbeit zu enthalten. Ex ratt.
Wenn schon, in Ansehung der Sathe selbst, Inquisit fol. 54 selbst
eingestehet, daß er seit Iohannis 1793 mit dem erschossenen W.
Feindgeworden sey, derselbe ihm sein Haus verbothen, das ihm vor-
geschossene Geld, welches besige fol. 55b in 4 rthlr. 4. Gr. bestan-
den, zurück zu geben sich verweigert, und dagegen fol. 61 sq. weit
er mehrmahlen auf dessen vorgängiges Verlangen bey demselben gewe-
sen, ihm Zinnß abgefördert, auf ihn mit einer Sense unter Bedro-
hung, daß er ihm den Leib aufhauen wolle, und ein anderes Mahl mit
einem Scheid Holz, womit er zum Schlagen ausgeholet, losgegangen,
und ihm auf diese Art beyde Mahle, daß er geschwind flüchten und sich
entfernen müssen, genöthiget, auch bey dieser Erzählung fol. 15 sqq.
und

and insonderheit ad artt. inqu. 99. 104. 106. 112. 116 bis 123 und sonst beharrlich verblieben, auch ad art. 122 sq. daß er Haß und Feindschaft gegen W. empfunden, eingestanden; Dieser Vorgang aber, jemehr er besage der Beantwortung des 116ten Inqu. Artik. wenige Tage vor W. Entleibung vorgefallen, auch Inquisit ad art. 150 sq. selbst eingestanden, daß, da er sich entschlossen, W. mit der geladenen Flinte nach zu gehen, er dabey den Vorsatz gehabt, demselben einen Schabernack zu thun, und auf den Sack zu brennen, es mit sich zu bringen scheinet, daß der erfolgte tödtliche Schuß für einen absichtlichen und gefährlichen Totschlag, wenn auch angenommen werden wollte, daß B. die Absicht, W. zu erschießen, nicht gehabt habe, jemehr nach dem Eingeständniſſe ad art. 176 und 178 der Schuß des Nachts bey Mondenscheine geschehen, geachtet werden, und eben deswegen, da nach derer bewährtesten Criminal-Rechtslehrer Meynung, s. Leysern Spec. 603 Medit. 4. Böhmer ad art. 137. §. 7. Westph. Crimin. Recht. p. 414. Quistorp I. Th. p. 455. der so genannte animus occidendi indirectus, wenn der Totschlag armis per se lethiferis bewirkt worden, die Todesstrafe nach sich ziehet, das über B. bereits gesprochene Todes-Urtheil bestätigt werden sollen; Gleichwohl hier wieder in Erwägung gezogen werden muß, daß der sogenannte animus occidendi indirectus mit dem animo laedendi vel vulnerandi directo verbunden seyn müsse, und ohne denselben nicht gedacht werden können; Inquisit aber, wie dessen Antworten ad artt. Inquisit. 150. 152. sq. 160. 169. 178. 223. ss. 275. und 283. in Verbindung mit dessen bey der summarischen Vernehmung bef. fol. 67.

Vol.

Vol. I. geithaner Anzeige gnüglich darthun, nur so viel eingeräumet,
dass er W. einen Schabernack thun, und in den Sack, damit er
das Getreyde verliehren und erschrecken solle, schiessen wollen, da-
bey auch d. fol. 67. der Meynung gewesen zu seyn anführt, dass das
bisigen Zinn, womit er geladen, durch den Sack nicht durchgehen
köinne, er den Sack felden zu können nicht geglaubt habe, und ad art.
161 sq. und 283 unter Wiederholung des erwähnten vorherigen Ein-
geständnisses, dass er zugleich eine körperliche Beschädigung des ent-
leibten beabsichtigt habe verneinet, nicht weniger Marien Elisabeth
Fischerin Anschuldigung fol. 34. sq. dass er sich bedrohlicher Reden
gegen den Entleibten habe vernehmen lassen, bes. fol. 77 sq. Vol. I.
ingleichen ad art. Inquisit. 237. und fol. 47 sq. Vol. II. eben so
beharrlich ableugnet, als letztere es zu behaupten gesuchet: Wannen-
hero, wenn bey ermangelnder Ueberzeugung vom Gengtheile angenom-
men wird, dass Inquisitens Eingeständniß in allen Stücken wahr sey,
demselben zwar crassissima culpa allerdings zur Last fällt, animus
occidendi indirectus aber nicht beymessen werden, und eben des-
wegen bey ermangelnden Eingeständnissen und Ueberzeugung vom Ge-
gentheile zur Zeit eine Todesstrafe so wenig statt finden, als, so lange
diese Ungewissheit fortdauert, und Inquisit, dass sein ungewahrschein-
liches Anführen in der Wahrheit beruhe, nicht erwiesen, dessen Ent-
haltung im Zuchthause sich endigen kann, so ist etc.

RESPONS.



RESPONS. XLI.

Mortui designatio in concurso creditorum heredi prodest.

Propositam quaestionem si Domitianam dixeris, non valde mirer. Quis enim facile dubitauerit, nondum exhausta debitoris et heredum eius massa, quod in feudis, ob simultaneum inuestitorum interesse, alienari prohibitis, frequenter contingit, iustum esse filii petitionem eius, quod patri, ob interventionem creditoris magis priuilegiati, quondam negabatur. Verum hoc non est, quod volo. Pono, Cornelium Angulum vel Batauum vel etiam extorrem, quum eius debitor in Saxonia Titius bonis lapsus fuisset, per nouellas euocatum Sempronio mandasse, ut, quod sibi deberetur, ex chirographo simul transmисso inter caeteros creditores peteret. Breui post Cornelium fato concedere, Sempronium ex producto chirographo, quod illi deberetur, in termino creditoribus praefixo petere, illudque Cornelio in sententia, quam locatoriam vocant, adscribi. Facta dein distributione Cornelii heredes defuncto debitum petere.

Quo facto quum ex instrumentis, legitimacionis causa exhibitis, apparuisse, Cornelium ante diem creditorum petitionibus indicatum, (*dem sogenannten Liquidations-Termine*) obiisse, kis curator inanem esse herendum petitionem excipiebat. Rationibus instructus. Mandatum morte mandatoris l. 26.

B

1.58.

l. 58. D. Mand. solui, hinc neque Sempronii petitionem, neque Cornelii mentionem in sententia factam aliquid efficere posse, ut potius, quum haec omnia iure nulla quasi infecta habenda sint, generalis praeclusio creditorum, qui non comparuerint, Cornelii haeredibus obflare debent. Praesertim, quia restitutionis in integrum beneficium causae concursus contra illos opituletur.

Nos vero actis iudicialibus a Senatu Luccauiens: acceptis, quia facti ignorantia nemini, praesertim de damno vitando certanti haud nocet, ipsaeque leges adductae mandatarii, mortem ignorantis, gesta sustinet, et quia sententia locatoria immediate in constituendis creditis versatur, ad creditores immediate pertinet, denique quia restitutionis beneficium non nisi laesis auxiliatur, iustam Cornelii haeredum petitionem esse decreuimus his verbis: *Weil G. E. K. 65 rthlr. nebst denen davon rückständigen Zinnßen bef. fol. 171 b. 210 sq. und 331 ff. rechtskräftig zugesprochen worden, und dieses, ob er schon zu solcher Zeit bereits verstorben gewesen, da nicht sowohl der Gläubiger, als das ihm gebührende in Ansatz gekommen, Kten als dessen bef fol. 366. sq. gnüglich legitimirten Erben um so mehr zu statten kommen muß, j'we niger des Mandatarii, welcher des Mandantis Tod nicht gewußt, dem Auftrage gemäß unternommene Handlungen, l. 26 und 58. D. Mand. ingleichen §. 10. I. Mand. schlechterdings für unkräftig zu achten sind; Dagegen in Erwägung, daß die Richtigkeit der Anforderung nicht zu bezweifeln, wegen ermangelnder laelion dem Creditwesen wieder die unterbliebene praeclusio einige restitution nicht zu statten kommen kann, so hat Beklten Curatoris litis hierauf gerichtetes Suchen nicht statt.* V. R. W.

RESPONS.


RESPONS. XLII.

*Norma in O. P. S. R. Tit. XI. §. 2. ac Tit. XXI. §. 1.
prae scripta non minus ad prosequendam, quam a suscipien-
dam probationem pertinet.*

Neminem fugit, ad protrahendas lites in primis facere, si reus probationem exceptionis, vel juris, quod in fundo alieno sibi afferit, declinare valet, donec actor exceptionibus oppositis satis fecerit. Cui incommodo quoniam O. P. S. Tit. XI. §. 3. suffragatur, recognita ad hunc Titul. §. 2. obiciem posuit, dum constituit, quaecunque oppositarum exceptionum causa actor in sententia facere iussus fuerit, facienda esse ante terminum proxime in sequentem, et quinque ioachimorum multam ab immorigero exigendam. Quodsi vero probationem subire, vel iusurandum praestare eadem sententia vel decretum reo imposuerit, fatalia propterea constituta, etiamsi satis exceptioni factum non fuerit, haudquam suspendi. Excepto hoc vno, si legitimationem ad causam potissimum exhibere actori ex eodem decreto incumbat. Quam legem probaturo in processu iudicario scriptam in §pho 1. ad Tit. XX. repetitam legimus. Positis his, ex actis judicialibus a Praefecto Leucopetr. in causa von Z. wider W. nobis nuperiime oblatis apparebat imposita actori per sententiam

B 2

tentiam



tentiam cautio expensarum ergo, reusque condemnatus, data simul ei venia oppositam compensationis exceptionem probare. Hic postquam articulos probatoriales exhibuerat, iudici vero, euocatus, ut in termino praefixo originalia documentorum produceret, morem non gesserat, causam per litteras interserens, donec actor cautionem pro expensis intermisserit, suum non esse litem cum illo continuare, actor contra indicito die in iudicio praesens, reum contumacem, concessamque probationem destitutam pronunciare petierat. Erat itaque reus in ea opinione, se conceptione et editione articulorum probatorialium dictis legibus paruisse. Videri poterat, iure suo, dum scimus, poenalia restringenda esse non amplianda. Accedebat actoris peruvicacia. Et praeterea circumfertur, partes rei magis esse, quam actoris, fauorabiles. In primis reo opitulari videbatur O. R. ad Titul. 20 §. 1. ubi propter verba, *die zum Beweise gesetzte Frist*, apparebat, legislatorum de termino intra quem probatio suscepta iudici exhibenda est, cogitasse, non de huius prosecutione et perfectione.

Vt vero taceam, rationem, quam ipsa lex profitetur, ut ambages litigantium praecidantur, ad progressum non minus, quam ad initium probationis, pertinere, et legis restrictiōnem ad hoc mentem legislatoris esse frustraturam: Omnem dubitationem §. 2. O. R. ad Tit. XI. eximit verbis, *die fatalia des zuerkannten Beweises — — um deswillen, daß denen exceptionibus dilatoriis noch nicht abgeholfen, keinesweges suspendiret werden, sondern nichts desto weniger, sobald das Urtheil seine Rechtskraft erlangt*

erlanget, ihren Fortgang haben. Id vero, non solum, qui intra terminum Saxonicum articulos exhibere neglit, sed etiam, qui in productionis termino non comparet, probationem destituere, scimus omnes.

Quam ob rem hanc ferre sententiam mense Octbr. huius anni non dubitauimus: *Dieweil nach Vorschrift der Erl. Pr. Ordin. Tit. XI. §. 2: die fatalia des zuerkannten Beweises, wenn schon denen dilatorischen Ausflüchten noch nicht abgeholfen, nicht suspendiret werden, sondern ihnen Fortgang haben, und von dieser Regel die einzige althier nicht eintretende Ausnahme, wenn vor allen Dingen auf legitimationem ad causam erkannt, gestattet worden; zu Salvirung des Beweises aber nicht nur, daß er binnen der gesetzmaßigen im Urtheil bestimmten, oder prorogirten Frist übergeben, sondern auch im anberaumten Productions Termine fortgestellet werde, nöthig ist; Und denn Bekl. in dem anberaumten Productions-Termine, wozu er die Ladung empfangen zu haben fol. 166 eingeräumet, nicht erschienen, und überdem deshalb von Kln. Ungehorsams beschuldigt worden; So hat Bekl. an dem fol. 17, ihm nachgelassenen Beweise sich verstäumet, derowegen es bey dem fol. 69. sq. befnidlichem rechtlichen Erkenntnisse nunmehr schlechterdings zu lassen, es ist auch Bekl. die durch diesen Prozess verursachten Unkosten Kln. zu erstatten schuldig. V. R. W.*

B 3

RESPONS.

RESPONS. XLIII.

*Non super mente testatoris, super factis vero eius mentem
indicantibus iuriurandum deferre licet.*

Si mens testatoris dubia appareat, cuiusmodi exemplum nuper in Respons. XXXVIII. attuli, an actor haeredi iuriurandum deferre valeat, sententiam, quam assumit, testatoris fuisse, non inepte quaeritur. Et vix appareat, cur non valeat, nostro in primis iure, quod iurandi conditionem, etiam si alienum sub sit factum, aduersario deferre finit, Ord. Pr. SAX. Tit. XIX. §. 5. Ut ne alienum quidem sub sit factum, idemque adeo iure Romano affirmandum videatur. Partim propter iuris fictionem, quae defunctum et haeredem, ad ciuiles quod attinet obligationes, vnam eandemque personam quasi constituit. Ut, quod exemplo non absimili sit, haeredi ob malam defuncti fidem, in eadem, an in bona fide sit, usu capiendi conditionem neget. Partim, quia haeredes, legiti mis in primis, in peculiari quadam coniunctione et familiaritate versari cum defuncto fuerint, ob quam huius voluntatis in primis innotescere potuerit.

Vt ut vero haec fint, per se liquet, in effectu iuris quidem, non vero in iurisiurandi religione fictionem veritati posse equiparari. Idque, num testator eorum, quae in testamento

mento continentur, certiorem haeredem fecerit, et quae dubia videri possint, explicuerit, facti esse. Veluti si rem secundum verba testamenti dubiam legatarius sibi vindicet, et profiteatur, significationem sibi proficiam testatorem haeredi aperuisse, idque haeredis conscientiae mandet, eum, si calumniam suo iureirando auertere possit, audiendum, haeredemque, ut vel iuret, vel soluat, iubendum esse existimo. Planeque non video, huiusmodi legatarii conditio cur deterior eo esse debeat, quem IVSTINIANVS in *I. fin. C. d. Fideicom.* profert.

Ita si quis in libello facta eiusmodi recenseat, ex quibus intelligi possit, quae mens testatoris fuerit, quum demonstrationem conditioni legatarii non omnino consentaneam legato addiderit, minus dubium est, super istis factis iuriurandum haeredi iure deferri. Ex quorum videlicet qualitate, quid testator cogitauerit, et quis adeo exitus verborum, haeredi, an legatio favoribilis esse debeat, iudex arbiretur.

Nulla vero factorum specie subiecta, significationem sibi proficiam argumentis ex iure deponitis defendere, et super illatione sive conclusione haeredi iuriurandum deferre propterea non licet, quia secundum ius, non secundum id, quod iustum esse actor vel reus opinantur, lites dirimendae sunt. Nobisque hoc pluribus demonstrare necessitatem eximit *I. 7. C. d. Fideicomm.* ubi legimus, voluntatis defuncti quaestionem in aestimatione iudicis esse.

Illustra-

¶¶¶¶¶


Illustrationi huius distinctionis inseruit sententia
nupero mense Nouemb. Senatui Ronneburgensi in causa.
C. S. P. wider I. C. E. G. exhibita his verbis: *Dass nach vorher-
gehendem Klin Eyde für Gefährde Beklte der über den 10. 11. und
12ten Abschnitt der Antwort fol. 41b sq. ihr angetragenen Haupt-
eyd in der Maasse, dass sie nicht wisse, auch nicht glaube, und dafür
halte, dass ihr Erbläffer Klin gewöhnlich nach dem Nahmen ihres erstern
Ehemanns Biedermannin, oder mit deren Taufnahmen Christiane benen-
net habe, zu schwören schuldig, ergehet sodann in der Sache ferner,
was recht ist. Die über den 6. 8. und 9ten Punkt fol. 41. ange-
maafste Gewissensrührung aber hat nicht statt.* Additis rationibus:
*Ob wohl die Regel, wonach einem jedem Kl. freystehet, über die Klage in
sowweit in selbiger Handlungen angezogen worden, sich des Eydes
Antrags zu gebrauchen, und so virtualiter den Beklten zu seinem eignen
Richter zu machen, ihre Ausnahme leidet, wo rechtliche Sätze oder
Folgerungen einschlagen; Woraus denn Beklte die Folge abzuleiten
suchet, dass in Erwägung, wasmaassen Klin sich einer Interpretation
der vorhandenen letzten Willens Disposition anzumaassen suche,
dieses aber denen Partheyen nicht zukomme, vielmehr des Richters Ur-
theile überlassen bleiben müsse, worinne derselben auch in der That bey-
zupflchten l. 7. C. d. Fideic. dieselbe abgewiesen, und dem Eydes An-
trage nicht Statt gegeben werden sollen; Dagegen, wenn der letztere
zulässig, befremden, und als ein Eingriff in iura partium angesehen
werden dürfte, dass der Eyd, jemehr Beklte denselben bereits angenom-
men, und hierdurch den im Eydes Antrage liegenden Transakt vollzo-
gen, in Ansehung des 6. 8. und 9ten Punkts der Antwort für unftatt-
haft*

haft angesehen worden: Dennoch aber und dieweil unter denen bey einer Sache einschlagende Vorfällen und denen daraus abzuleitenden rechtlichen Folgerungen zu unterscheiden ist, da so, wie jene zuförderst durch Beweis oder Eyd in Gewissheit zu setzen sind, im Gegentheil diese dem Urtheile und Auspruch des Richters allein vorbehalten bleiben müssen; Die alltier angezogenen Facta aber nur diese sind, es sey der Erblasser Klin nach ihrem ersten, und nicht nach dem andern Ehezwange, auch oft mit dem Taufnamen Christiane zu benennen, gewohnt gewesen, dagegen der 6te Abschnitt, es habe der Erblasser durch die Benennung Christiane Biedermannin niemanden anders, als Klin bezeichnet, eine aus nur erwähnem Facto abgeleitete Folgerung ist, deren Werth oder Unwerth zu beurtheilen nach erwähnter l. 7. C. d. Fideic. dem Richter allein zukommt, so ist etc.

Sufficient haec praemissa panegyri Viri doctissimi causarum patroni

CAROLI FRIDERICI MAVRITH KLEEPE
qui de se suisque rebus sic nobis exhibuit:

Natus sum in pago, cui nomen est Stoermthal prope Lipsiam sito, anno huius seculi LXV, ipfis calendis Martii, honestissimis parentibus pâtre Friderico Theophilu, qui Dynastis pagorum Stoermthal et Liebertwolckwitz est a redditibus, et matre Ioanna Christiana, e gente Vogelia, divino beneficio adhuc superstitibus. Optumis his parentibus semper id curae cordique fuit, ut liberorum salutem promoverent; quare vigilias, quas in me educando et formando egerunt, gratissima mente
C colo,



colo, eosque ut summum numen superstites diu ac fospites feruet, summa cum pietate precor. Ab ineunte aetate prima litterarum rudimenta, doctrinae christiana, morumque, sub domesticis institutionibus Ven. patrui M. Gottlob Immanuelis Kleepe Lipsiae commorantis depositi, cuius amicitiae, eruditioni et in docendo industriae me multum debere grato animo fector. Anno huius seculi LXXVI Orphanotropheum Halense adii, et per spatium annale publica disciplina usus sum: quo praeterlapsa curae Ven. M. Ioannis Godofredi Fleck, Pastoris parochiae, Stoerenthal dictae, commissus sum, e cuius scholis uberrimos sane fructus percepi, et singularem benivolentiam, qua me amplexus est, ut publice laudem, pietas postulat. Anno huius seculi LXXVIII sub auspiciis Magnifici Rectoris Seydlizii albo Academico iamiam inscriptus sum, sed anno LXXXII animum appellens ad iurisprudentiae studium Lipsiam me contuli. In rebus ad philosophiam pertinentibus Seydlizii et Platneri seholis interfui, Gehlerum et Hindenburgum mathematicas disciplinas professos frequentavi; in historiae studio Wenckium et Wielandum fecutus sum, in iure naturali et gentium, iure publico universali, historia iuris Romani, Institutibus et Digestis Sammetium et Junghansium, in iure criminali et germanico priuato B. Schottum, in iure canonico et arte ex actis iudicialibus referendi B. Winckelrum, in iure feudali Ravium, in iure Saxonico et ordine iudicario Kindium, nec non in differendi exercitationibus B. Reizium duces mihi contigisse lactor. Exacto litterarum curriculo causis in foro perorantis Lorenzio duce operam dedi, et huius quidem patroni tot tantaque in in me extant merita, ut ea non modo differendo, sed ne cogitando quidem assequi posse fatear, et neglectae
pieta-

pietatis criminis reus forem, si reverentiae et grati animi adfectus ullo unquam tempore deponere vellem. Tributa mihi causarum in foro dicendarum facultate in praediis equestribus Gross und Kleindöbelzig, Loesken und Ielschen, Cospuden, Liebertwolkwitz et Stoerimthal, iustitiae exercendae Vicarius sum constitutus. Examen, quod pro Candidatura dicunt, calendis Octobr. huius anni subii, eoque superato, examen quod rigorosum audit, die VIII Octobr. sustinui.

Quibus cum eo institutis tentaminibus se talem exhibuit, vt, quam appetit, suprema iuris laurea ei bene merito deberi collegio nostro videatur. Cuius rei causa quum in eo sit, vt proximo abhinc Lunae die hora XI — XII, preelectionem cursoriam super L. i. C. d. Testament. in auditorio nostro suscipiat, ac insequente Martis die Dissertationem, cui rubrum est: *De natura et indole possessionis ad interdicta uti possidetis et utrubi reddenda necessariae*, ibidem horis ante meridiem solennibus tueatur, his, quae supersunt speciminibus exactis, supremos in Iure honores ipso meridie ei tribuet collega honoratissimus D. CHRIST. DAN. ERHARD Supr. Cur. Provinc. Aeff. ac Anteaff. Ordinar. Titular. d. Verb. Signif. et Reg. Iur. in quem hanc potestatem contuli, simulque omnia iura et priuilegia huic dignitati cohaerentia, modo spem, in Collegio nostro aliquando assidendi, eximas, ei largietur.

Quae Solennia, quem nostri diem ut auspiciatum praesentia sua ac frequentia reddere velint, RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM, ILLVSRISSIMOS COMITES,

Pro-

Proceres vtriusque reipublicae grauissimos, Generosissimos-
que ac generosos commilitones obseruantissime rogamus.

Scribebam Lips. Domin, IV. Aduent. A. C. MDCCXCIV.

EX OFFICINA SAALBACHIA.



Leipzig, Diss; 1794

ULB Halle
004 527 747

3



f
sb.

B.I.G.

Black

White

3/Color

Red


Magenta

Yellow

Cyan

Green

Blue



PROCANCELLARIVS

HENRICVS GOTTFRIDVS BAVER

HEREDITAR. IN STOETTERIT.

SERENISS. SAX. ELECTOR. A CONSILL. PROVOCATT.
ET ORDINARIVS RELL.

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES

CLARISSIMO CANDIDATO

CAROLO FRIDERICO MAVRITIO
KLEEPIO

STOERMTHAL. MISN.

D. XXIII. DECEMBR. A. C. MDCCXCIV

IN

AVDITORIO IVRISCONSULTORVM
T R I E V E N D O S

I N D I C I T

I N S V N T

Reſponſor. Iur. XL. XLI. XLII ac XLIII.

